UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Firmino ep[iscop]o. Cap[itulum]. cxxxvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

rat tranſferretur: cōfractis cathenis ⁊ apertis
oſtijs per mediuz militū illuc venit. Et videns
milites ſe inſequētes ſuper aquā vſq ad locū
baptiſmi ſui ambulauit. Et cū milites tranſua
dentes cū percutere formidarēt: eos vt ſe feri
rent cōfortauit: ac vt de ſanguie ſuo regis ocu
lum linirēt: ⁊ ſtatiz viſum recuperaret. Percuſ
ſus ergo caput ſuū leuauit ⁊ paſſib⁹.xlix. illud
portauit. De cuius ſibi delato ſanguie impera-
tor oculū tetigit ⁊ cōfeſtim viſum recepit. Qđ
audiens quidē q̄ antea ꝑ annos.xl. lumē amiſe
rat ad locū ſe portari fecit: ⁊ ꝓtinus lumē recu
perauit. Cuius corp⁹ a xp̄ianis ibidē ſepultū
eſt iuxta flumē. ¶ Sauina autē cū fratrē ſuum
quotidie fleret: ⁊ ꝓ eo dn̄s imolaret: tandē ſibi
in ſomnis angelus dn̄i apparuit: ⁊ eidem iuſſit
vt domū ſuā relinq̄ret: ⁊ fratrē ſuū honoratiſſi
me inueniret. Qui euigilās collectaneā ſuā eā
dē vidiſſe viſionē audiuit. Latenter ergo ambe
in craſtino receſſerūt. Que romā venīēs fidem
xp̄i ſuſcepit: ⁊ ab euſebio papa baptizata: i v̄gi
nitate ꝑmanſit. In vrbe quoq duos cecos illu
minauit: ⁊ duos cōtractos ſanauit: deinde poſt
annos quinq angelica admonitione cū comite
ſua inde receſſit: ⁊ ad trechaſinā ciuitatē deue-
nit. Et cū in vrbe rauēna ad domū cuiuſdā diui
tis quaſi ꝑegrine hoſpitiū quererēt: cui⁹ filia
quaſi mortua plāgebat: pediſſequa ſe excuſare
cepit: ꝙ eas recipe nō poterat: q2 ſua dn̄a in ex
tremis laborabat. Sauina aūt in xp̄o cōfiſa in-
trauit: ⁊ puellā per manū apprehenſam ſanam
erexit. Cū ergo iuxta trechas: vt ei angel⁹ dixe
rat ad miliare veniſſent: ⁊ ambe p̄ labore q̄ſce
rēt: virū quendē noīe licerīū nobilē de ciuitate
venientē ſauina interrogauit: vbinā fratrē ſuū
ſauinianū diu amiſſum inuenire poſſet. Qui ei
eundē ꝓ xp̄o paſſum fuiſſe reſpōdit: ⁊ locū ſe-
pulture demōſtrauit. Ipa v̄o ante tumulū fra-
tris ꝓſtrata orauit ad dn̄m: vt ſuſciperet in pa-
ce ſp̄m eius: ⁊ cōtinuo in xp̄o obdormiuit. Ad
inſtantiā ergo p̄fati nobilis oēs ciues ad eā cō
currerūt: ⁊ corpus ſctē iuxta corpus germani
honorifice cōdiderūt: iuxta quos ⁊ poſtmodū
predicta collectanea eius ſepulta eſt. quorū fe-
ſtum agitur.iiij.kalen.ſeptembris.

¶ De ſanctis felice preſbytero et
Adaucto martyribus. Cap.cxxxv.

Elix preſ-
byter ⁊ adauct⁹
martyres paſſi
ſunt in vrbe ſub
diocletiāo ⁊ ma
ximiano impatorib⁹ p̄fecto ⁊
iudice draco: q̄ prefectus dux
felicē p̄ſbyterū teneri feciſ-
ſet: et ad deorū ſacrificia in-
uitaſſet: illeq ſacrificare nul-
laten⁹ acq̄euiſſet: iuſſit illū in equuleo leuari: ⁊
dudū torqueri: deinde extra ciuitatē via oſtieſi.
duci: ⁊ ibidē gladio capite trūcari: corp⁹ quoq
eius inhumatū lupis ⁊ canib⁹ derelinqui. Da-
ta ſentētia obuius fuit ei quidā xp̄ianus homi
nibus quidē incognitus: deo vero manifeſtus.
Hic cū didiciſſet ꝙ beat⁹ p̄ſbyter iuſſus fuiſſet
duci: ſe ex eadē lege ⁊ chriſtianū eſſe publice ꝓ
clamauit. Mox ⁊ ipe ab officio cōprehēſus: pa
riter dato ſibi prius pacis oſculo cū beato feli-
ce decollat⁹ eſt. Huius nomen q2 chriſtiani non
nuenerūt adauctū eū poſtmodū appellauerūt
eo ꝙ ſctō martyri felici auctus ſit ad coronam:
ipſiq ꝓ confeſſione corona ſit aucta: paſſi ſunt
aūt tertio kalen.ſeptembris.

¶ De ſanctis Terētiano ep̄o ⁊ Flacco
martyribus. Cap.cxxxvi.

Erentian⁹
ep̄s ⁊ flaccus mar
tyres paſſi ſunt tē
pore adriani impa
toris apud ciuitatē tudertum
ſub letiano ꝓconſule tuſcie: q̄
terentianū cōprehēſum et ſa-
crificare nolētē: deoſq demo
nia affirmantē: lapidibus ore
cōtundi fecit: ⁊ cū idola ei ob
lata cōminuiſſet: ⁊ ſacerdos idolorum in faciē
ſuā corruiſſet: iuſſit ꝓconſul ſanctū in equuleo
leuari: ⁊ ſcorpionibus grauiter cedi: ignemq
ad latera eius appont. Qui cū omnia patiēter
toleraſſet: fecit linguā ei⁹ preſcidi ⁊ pedib⁹ cō
culcari: illev̄o dū nihilomin⁹ xp̄m diſerta voce
confiteret̄: ꝓconſul mutus efficit̄: ac ſi eius nō
ſcti lingua preciſa fuiſſet: ⁊ annuēs manib⁹ ꝙ
loquelam amiſerat: poſt modicū expirauit. Lu
cius v̄o ſauinus eius aſſeſſores terentianū car
ceri mācipauerūt. Altera v̄o die cū duceret̄ ad fo
rū occurrit ei flaccus idolorū ſacerdos: q̄ cec⁹
effectus fuerat: ſed diuina reuelatiōe monitus
erat: vt ad ſanctū ꝓ lumine recuperādo recur-
ſum haberet: quē ſanctus ad xp̄m cōuerſus ba
ptizauit ⁊ illuminauit. Ambo igit̄ a militib⁹ tē
ti ſunt: ⁊ iuxta flumen ſecus murum ciuitatis
decollati.iij.kalen.ſeptembris. Quoꝝ corpora
exuperātius preſbyter ⁊ laurētia in ſomnis di
uinitus admonita ſepelierūt octauo miliario a
ciuitate tuderto. in loco qui dicit̄ petroſo.

¶ De ſctō Firmino ep̄o. Cap.cxxxvij.

Irmin⁹ epi
ſcop⁹ ābianeū. que
ab ābitu fluminis
ambianū dicit̄: ip-
ſius ciuitatis oriūdus: filius
fuit fauſtiani nobiliſſimi viri
qui in honorem ſancti firmi-
ni martyris filium ſuum fir-
minū vocauit: de quo firmino

martyre habetur infra. vij. kalē. octobris. Hic bone indolis puer etate procedente per incrementa virtutū creſcens: factus eſt ep̄us ciuitatis: qui populū verbo ⁊ exēplo in viam ſalutis direxit: ⁊ ab omni gentilitatis errore vrbē purgauit: atq; ſupra ſepulchrū ſancti firmini martyris eccleſiā dei genitricis conſtruxit: ⁊ conſecrauit: in qua dum in die ſancto paſche celebraret: celis apertis palmam ſibi de ſuperius illapſam aſpexit: ⁊ ab eo die ab oī carnis inquinamento ⁊ motu mundus permanſit. Quieuit in pace. iij. kal. ſeptēbris: ſepult⁹ in eccl'ia ſupradicta: cui ſucceſſerūt ſcti honoratus: de q̄. xvij. kal. februarij ⁊ ſaluius: de quo. iij. id. ianuarij.

¶ De ſancto Felice preſbytero ⁊ confeſſore. Cap. cxxxviij.

Felix preſbyter ⁊ confeſſor apud nolaꝫ ciuitateꝫ cāpanie claruit: cui⁹ pater hermias duos filios habēs felicē et hermiā ſubſtantiā ſuā ſoli felici dereliquit: hermiā vero exheredauit. Felix vero oēs facultates fratri dimiſit: ⁊ ſpiritualibus diſciplinis ſe dedit: q̄ ſub ſancto maximo nolano ep̄o officiū lectoris deinde exorciſte gradum accepit: ac demum per alios ordines ad ſacerdotij honorē peruenit. Cū aūt xp̄ianorū perſecutio deſeuiret: maximus ep̄us iam ſenex eccleſiam ſuā felici preſbytero cōmendauit: ⁊ ad montiū deſerta receſſit. Cūq; felix predicationi inſiſteret: a paganis detinet: ⁊ in carcerē nudus vinculatur: atq; teſtarū ei fragmina ſubſternūtur. Nocte vero ipſi diuinit⁹ lux effulſit: angeluſq; ei aſtitit: ⁊ de cuſtodia ruptis cathenis eduxit: atq; ad requirendū eius ep̄m ad montana trāſmiſit. Quē dudū requiſitū: felix tandē fame deficientē īuenit: ⁊ ex dolore triſtis īgemuit: q2 nec vñ calefaceret ſenē algētē habebat: nec vñ aleret fame deficientē videbat. Cui xp̄s mox orāti ſubuenit: qui de ſpinoſis ſentib⁹ media hyeme vuam ꝑduxit. Cuius liquorē ſuper os ſenis expreſſit: moxq; ille reſumptis faucib⁹ reſpirauit. Et poſtq̄ alter in alteri⁹ amplex⁹ ruit: felix ſeniorē in hūeris ſuis tulit: ⁊ ad cellulā ſuā ꝑduxit atq; refecit. ¶ Et cū iterū ꝓgreſſus xp̄m p̄dicaret: ⁊ gregē dn̄i cōfortaret: gētiles armati vt eū caperēt domū eius circūdederūt. Qui egreſſus ꝑ mediū illoꝝ trāſiuit: ita vt eū videntes nō agnoſcerēt: ipſumq; quaſi aliū de felice interrogarēt. Ad macerie ergo deſerte locū declinauit: ſtatimq; aditū tela ita arena texit: vt nullus hominū illuc ingredi potuiſſe q̄s putaret: qñ vni⁹ muſce impetū tremul⁹ ſinus aranee tele ferre nō poſſet. Sed poſt abſceſſuꝫ hoſtiū felix egreſſus ad domū cuiuſdā vidue ſecreto ꝑuenit: ⁊ apud ipſam aliquo tp̄e latitauit. Et duꝫ ex nimia ſiccitate eſtiuo tp̄e in eius puteo aqua defeciſſet: orante ſctō pluuia larga deſcēdit: ⁊ puteū abūdāter repleuit. Sicq; in eo ardorē fidei duplicauit: verū poſtq̄ eccleſie pax reddita eſt: cōfeſſor dn̄i de latebris prodijt: ⁊ populum ſuaui p̄dicationis eloquio in dn̄o confortauit. Qui deo gratias agebāt: q̄ ipm̄ quē extinctuꝫ putabāt in perſecutione cōſeruaſſet. ¶ Cū aūt maximus ep̄s ad dn̄m migraſſet: populuſq; oīs felicem in ep̄m elegiſſet: ille omnino epiſcopari recuſauit: ⁊ quītū preſbyterū elegi fecit. Sub quo ⁊ ipſe p̄ſbyter meritis et vita laudabiliter vixit: ⁊ poſt lōgos agones in dn̄o feliciter requieuit pridie kalen. ſeptēbris. Cui⁹ corp⁹ apud nolam tumulatū iacet: ⁊ ſignis irradiat.

¶ De ſctō Paulino ep̄o ⁊ mar. Cap. cxxxix.

Paulin⁹ epiſcopus treuerēſis ⁊ martyr claruit tēpore conſtantij imperatoris. Qui tp̄e arriane infeſtationis a conſtantio prefato ob fidē catholicā exilio relegatus: ⁊ vſq; ad mortē ꝓpter chriſti nomen hincinde mutado exilia. fatigat⁹ tandē apud phrygiam defunctus beate paſſionis coronam percepit a domino pridie kalen. ſeptēbris. Hec Ado in martylogio ſuo.

¶ De ſctō Ariſtide cōfeſſore. Cap. cxl.

Ariſtides confeſſor claruit apud athenas ſub adriano imꝑatore. Qui philoſophus eloquentiſſimus fuit: fide ſapiētiaq; clariſſimus: et xp̄iane religionis pietate imbutus. Hic adriano p̄ncipi librū apologeticū pro fidei nr̄e rōne cōſcripſit ⁊ obtulit: ⁊ q̄ chriſtus ieſus ſolus eſſet deus corā ipſo imperatore luculētiſſime perorauit: eo videlꝫ tempe quo quadratus vir inſignis libellū ſimilē eidē ceſari p̄ſentauit. Qui ⁊ in eadē ciuitate diē extremū in pace cōcluſit pridie kalen. ſeptēbris. Hec hieronymus in libro de viris illuſtribus.

¶ De ſancto Optato ep̄o. Cap. cxli.

Optatus ep̄s mileſitanus natiōe apher claruit imperantibus valētiniano ⁊ valēte auguſtis. Qui fidei pugil et doctor egregi⁹ aduerſus donatiane partis calūniam libros ſex edidit: in quibus donatiſtarum crimē falſo in nos retorqueri aſſeruit. Qui ⁊ ſanctitate ⁊ vita non infimus apud antiſiodoruꝫ in pace quieuit pridie kal. ſeptēbris. Hec hieronymus vbi ſupra.

¶ Explicit liber ſeptimus.